



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum prophetia semper sit cum cognitione eorum quæ prophetantur? 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

velatione potius ipsi subiiciuntur spiritui prophetiæ, id est, dono prophetico.

ARTIC. IV.

*Utrum propheta semper cognoscat ea quæ prophetauit?*

827

Heb. 11.  
1e 7 co 7  
\* c. 9 in  
prim. 2. 3.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod propheta semper cognoscat ea quæ prophetant: quia ut Aug. dicit 12. super Gen. ad litteram, Quibus signa per aliquas rerum corporalium similitudines demonstrabantur in spiritu, nisi accessisset mentis officium, ut etiam intelligerentur, nondum erat prophetia. Sed ea quæ intelliguntur non possunt esse incognita. Ergo propheta non ignorat ea quæ prophetat.

¶ 1. Præterea, Maius est lumen prophetiæ, quam lumen naturalis rationis. Sed quicumque lumine naturali habet scientiam, non ignorat ea quæ scit. Ergo quicumque lumine prophetico aliqua enuntiat, non potest ea ignorare.

¶ 2. Præterea, Prophetia ordinatur ad hominum illuminationem. Vnde dicitur 2. Pet. 1. Habemus propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco. Sed nihil potest alios illuminare, nisi in se sit illuminatum. Ergo videtur quod propheta prius illuminetur ad cognoscendum ea quæ alijs enuntiat.

SED contra est, quod dicitur 10. 11. Hoc autem à semetipso Caiphas non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit, quod Iesus moriturus erat pro gente, &c. Sed hoc Caiphas non cognouit. Ergo non omnis qui prophetat cognoscit ea, quæ prophetat.

RESPONDEO dicendum, quod in reuelatione prophetica mouetur mens prophete à spiritu sancto, sicut instrumentum deficiens, respectu principalis motoris. Mouetur autem mens prophete non solum ad aliquid apprehendendum, sed etiam ad aliquid loquendum, vel ad aliquid faciendum & quandoque quædam ad omnia tria simul. Quandoque autem ad

sec. sec. Vol. iij.

Li duo



duo horum, quandoque verò ad vnum tantum. Et quodlibet horum contingit esse cum aliquo cognitionis defectu. Nam cum mens prophetae mouetur ad aliquid æstimandum, vel apprehendendum: quandoque quidem inducitur ad hoc, quod solum apprehendat rem illam: quandoque autem vltcrius ab hoc, quod cognoscat hæc sibi esse diuinitus reuelata. Similiter etiam quandoque mouetur mens prophetae ad aliquid loquendum, ita quod intelligat quod per hæc verba Spiritus sanctus intendit: sicut David qui dicebat 2. Reg. 23. Spiritus Domini locutus est per me. Quandoque autem ille cuius mens mouetur ad aliqua verba exprimendâ, non intelligit quod Spiritus sanctus per hæc verba intendat: sicut patet de Caipha, Ioan. 11. Similiter etiam cum Spiritus sanctus mouet mentem alicuius ad aliquid faciendum, quandoque quidem intelligit quid hoc significet: sicut patet de Hieremia, qui abscondit iubar in Euphratem, vt habetur Hierem. 13. Quandoque verò non intelligit: sicut milites diuidentes ventura Christi non intelligebant quid significarent. Cuius ergo aliquis cognoscit se moueri à Spiritu sancto ad aliquid æstimandum, vel significandum verbo, et hoc: hoc proprie ad prophetiam pertinet. Cuius mens mouetur, sed non cognoscit, non est prophetia, sed quidam instinctus propheticus: quod tamen, quod quia mens prophetae est instinctum deficiens (vt dictum \* est) etiam veri prophetæ non omnia cognoscunt, quæ in eorum visis, et in eis, aut etiam factis Spiritus sanctus intendit.

*In co. ar.*

Et per hoc patet responsio Ad obiecta. Nam prophetæ rationes loquuntur de veris prophetis, quæ mens diuinitus illustratur perfecte.

## QVÆST. CLXXIV.

*De diuisione prophetia, in sex articulos diuisa.*

**D**einde considerandum est de diuisione prophetia.